



Qb. 127.  
39.

POSITIONES

*Disputationis sexta*

D<sup>o</sup>

# QVERELA

IN OFFICIOSI TESTAMENTI ET HAEREDITATIS  
petitione, ex tit. 2. & 3. lib. 5. ff. & concord.  
tit. 28. & 31. libri 3. Cod. de-  
sumptæ

L V A S

Divina aspirante gratia

*Sub Presidio*

ORTOLPHI FOMANNI  
V. I. D. & P. P. P.

*Publicæ ventilationi ad 8. diem August.*

*hora locog̃ consuetis*

*proponit*

Jacobus Strassius Allerheimensis  
Suevus.

IENÆ

*Typis Tobiae Steinmanni, Anno 1599.*



# Veræ virtutis & eruditionis

laude, ac variarum rerum usu præstantissimo viro, Dn. BALTHASARO STRASSIO, Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac Domini, Dn. GEORGII FRIDERICI MARCHIONIS Brandenburgici, &c. in Monasterio Hailsbrunnensi Præfecto fidelissimo, cognato & patrono suo multis modis colendo

*Exiguum hoc debitæ observantiae symbolum mittit,  
offert, & dedicat*

Jacobus Strassius R.

Suo Iacobo Strassio

**Q**uo te noster amor coluit Themis æqua favore  
Sæpe, iterum sollers Straßius ecce colet.  
Ille tibi accendens solemnia thura, tuorum  
Cultorum in primis curat habere locum.  
Hoc illi semper studium, hoc delectat, & ingens  
Te propugnandi in pectore cura sedet.  
Fert oculis, Astræa, tuos, castissima, vultus.  
Hoc quid pro cultu muneris ergo feret?  
Quæ dat dona suo cupienti Nympha cupita,  
Daphnæa impedita ferta corona caput.

Scribebat Laurentius Kuppelich.





I.

Nofficiosum testamentum definiatur, quod certis personis immemoritò exhæredatis contra officium pietatis factum videtur. Cuius impugnandi extraordinarium remedium, à jure civ. & prætorio profectum, est querela inofficiosi qua quis eiusmodi testamentum rescindi, sibiq; hæreditatem adjudicari petit.

三

Datur hæc querela primò omnibus liberis vtri- Cui detur.  
usq; sexus, etiam spuriis in testamento materno. Non d. t. 28 f. 71  
collateralibus nisi solis fratribus utrinque conjunctis ex hypocrate tu  
vel consanguineis (non uterinis) uno casu, scil. turpi- militari d. t. 28  
bus personis institutis. t. 144  
h. 3 c. t. 28 f. 167

ILL.

Quid si frater præteritus ipse fit turpis persona,  
an locus erit querelæ? Erit. Turpes autem personæ d. t. 28 f. 163  
spurii non sunt, Imò ne facti quidem infamia eos la-  
borare putamus. IV.

Secundo datur querela etiam parentibus imme-  
ritò exheredatis à liberis , sive in potestate sive extra  
cam constitutis, modò ab intestato iis fuiscent succes-  
suri. Excepto scilicet testamento quod sit de peculio ca-  
strensi.

V.

Itrenii. v.  
Transmittitur hæc querela ad hæredes, ad suos  
quidem indistinctè, sive præparata sit sive non, ad ex-  
traneos non nisi præparata.

VI

**Conceditur contra heredes omnes cujuscunque Contra**

conditionis aut dignitatis, At non prius nisi adita sic  
hæreditas, unde & quinquennium quod instituendæ  
querelæ præscriptum est, ab adita hæreditate currit.

VII.

Quibus incumbit probatio in actione querelæ? olim probare oportebat eum, qui querelam instituebat, Hodiæ secus est ex Nov. 115.

VIII.

Causam querelæ præbet injusta exhæredatio.  
Vnde quæritur, an ob causas æquè graves vel graviores, quam quæ in Nov. 115. comprehensæ sunt, Exhæredatio fieri possit? N.

IX.

Num justè exhaeredari filia possit, si absq; consensu  
patris nubat questionis est? Dist. Nam si turpi se junxit  
potest: alià s. secus. Quid si pater sit orthodoxus: filius  
v. pontificius, an exhaeredationi locus erit? N.

x

Ad effectum querelæ pertinet, quod testamentum  
inofficium hodie tantum quo ad institutionem re-  
scinditur, reliquis articulis salvis.

XI

Eligitur querela, si legitima relinquitur, vel tota  
vel pars eius. Debetur autem legitima in linea recta  
jure naturae: in transversali mera juris civ. dispositio-  
ne, Vnde illa Statuto minui tantum, haec etiam tolli  
potest.

XII.

An verò negligentia heredis non conficientis inventarium sicut Falcidia: ita etiam Legitima amittitur? N. An petitio legitime tollitur quinquennio? Minime.

XIII

¶ Quænum titulo institutionis hodie relinquenda,  
dubitatur ē Aff. Num & parentum legitima ita relin-  
quenda? A, communiter. Lc.

6

XIV.

Legitimæ augmentum etiam ad parentes trahi posse communiter putant, quod tamen ex æquitate magis quam Nov. dispositione admittitur. Sunt & qui idem ad fratres extendunt.

XV.

Mīnuut. Legitimam impensę funeris, æs alienum, libertates; Non vero legata ad pias caussas, non sumtus studiorum. Vnde nec sumtus à patre factos in honorem Doctoratus, Magisterii, aut nuptias filii filiæve conferuntur.

Dotes & donationes propter Nuptias num legitimæ imputentur disquiritur? Non, nisi ex donis paterne tertiis profectæ fuerint,

XVI.

Estq; legitima absq; omni onere liberis dandæ, ex quibus autē rebus relinqui debeat, quæritur? Ex ipsis bonis eam assignandam esse, nec pecuniam sufficere, statuimus.

XIX.

Aestimatur legitima tempore mortis testatoris, Hinc in vita patris illa liberis non debetur, nec cogi potest pater etiam prodigus, ut eam assignet, quod si sponte fecerit, pro quantitate honorum etiam illa vel augebitur vel minuetur.

XIX.

Postremò de legitima eiusve supplemento quaeritur, qua actione peti possint? Illic datur petitio hæreditatis, actio utilis fam. erc. aut utilis ex testamento: hic conditio ex L.

XX.

Querela in officio si nil aliud in effectu est, quam hæreditatis petitio, qua definitur actio in re univeralis, per bonæ fid. quā successor defuncti intentat adversus cū qui pro hærede vel pro possessore possidet. Hæ-

XXI.

Hæreditas alia civilis est, alia prætoria; Ex illa hæreditatis petitio civilis competit, ex hac prætoria seu possessoria.

XXII.

Vtraq; datur hæredi cuicunq;, sive ex testamento, sive ab intestato hæres sit, nec interest, an is successus sionis jus habeat per se, an per alios.

An & illi qui à fisco hæreditatem emit? Affirm.

XXIV.

Quicunque a se ex testamento hæredem dicit, probare id debet per ostensionem testamenti non vitiosi: qui ab intestato, debet probare se proximum defuncti agnatum.

XXV.

Hinc queritur, an actore probante, hoc vel illo modo se hæredem esse, insuper opus sit, ad declarari sententia judicis? A.

XXVI.

Datur hæc actio contra eos qui pro herede vel pro possidente possident.

XXVII.

Pro herede possidere iis dicitur, qui ex justa causa possessionis se heredem esse putat.

XXVIII.

Pro possidente v. qui nullum possessionis suæ titulum allegare potest, nulloq; jure sciēs hæreditatem apprehendit. Quibus annumerantur etiam ii, qui dolore malo possidere desierunt, aut sibi se obtulerunt.

XXIX.

E contrario, contra tit. & bona fide possidentem non datur hæreditatis petitio, sed rei vindicatio, quæ specialis in rem actio est,

S  
P

lib 3 c 4  
f 7

Chi datur.

lib 3 c 4  
f 99

Contra  
quos.

lib 3 c 4  
f 100

Pro  
herede

lib 3 c 4  
f 104

lib 3 c 4  
f 73

XXX.

Hinc quæritur, an contra eum qui tit. per se justum  
habet, & bona f. à se partum, sed ob aliquam caussam  
injustum, puta, qui rem hæreditariam à furioso vel  
pupillo emit, quem sanæ mentis vel puberem esse pu-  
tabat, hæreditatis petitio detur? N.

XXXI.

Porrò datur hæc actio etiam adversus eum qui  
rem hæreditariam licet minimam pro hærede vel  
pro possessore possidet, Imò etiam adversus debitores  
hæreditatis, quatenus scil. respectu illius debiti se hæ-  
redes esse contendunt.

XXXII.

Hic quæri potest, an adita hæreditate possessio si-  
mul apprehensia dicatur? possessio nisi naturaliter ap-  
prehendatur, nec ad suum quidem hæredem transit.

XXXIII.

Veniunt in hanc actionem omnes res hæredita- Materia.  
11v-3 - c. 1-31 f-9  
riæ & à defuncto possessæ, ipsi oppignorate, depositæ  
&c. Nec solum res & corpora, sed etiam actiones.

XXXIV.

Vnde appositi quæritur, an actiones illæ hære-  
ditariæ cum sua natura veniant: ut actio quæ initiatu-  
one crescit? Et magis est, in simplu[m] eam dari.

XXXV.

Servitutes in restitutionem hæreditatis non ve-  
niunt, An & personales servitutes excipiuntur? Quo-  
niam cum persona eius, cui debentur, extinguntur,  
frustra de iis quæritur.

XXXVI.

Num & feuda in hanc actionem veniunt? A. dum-  
modo feudum sit hæreditarium, aut tota petatur feu-  
dalis successio.

In



XXXVII.

In restitutione rerum hæreditiarum distinguitur b.f. possessor à m.f. possesso.

163.c.1.31 f. 21

XXXIX.

Ante lit. cont. nulla de re tenetur, nisi in quantum locupletior factus est, hinc queritur, an censetur locupletior factus si interim patrimonium suum comparsit? Disting. juxta l. 25. §. 16. ff. h.c.

XXXIX.

Detempore dubitatur, quodnam spectandum sit, ut quis dicatur locupletior? Re iudicatae.

XL.

Post lit. cont. b.f. possessor, m.f. possessor fieri incipit. Sed quid si ante lit. cont. id ceperit scire, an statim pro m. f. possesso habendus erit? A.

XLI.

Tempore rei iudicatae quicquid non solum b.f. sed & m. f. possessor possidet, petitori restituere debet.

XLII.

Malæ f. possessor tenetur quovis tempore, de omnibus rebus quas possidere aut acquirere potuit, si ve res extent sive perierent.

XLIII.

Vltimo, omissa quæstione, num querela inofficio cum hæred. petit. cumulari possit, de qua frustra investigatur, dispiciendum, utrum hæreditatis petitio instituenda sit apud judicem domicilii Rei.

F I N I S.

Kc 3192

8°

(X2217985)

VS 12

NO



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black	
White	
Magenta	
Red	
Yellow	
Green	
Cyan	
Blue	

Centimetres

Inches

